

9609


CONST

COLEG M

OVETEN





2-N-6



VII B 3

2030





- II - N. 6 .

Quenca 177

Delat. Biblioth. et Coll. m. sequentia

CONSTITV- CIONES

*Collegij majoris S. Salvatoris
Ovetensis.*

N.º 177.

CONSTITUTIONS

DIDACVS DE MVROS dei & Aplice
sedis gratia Sancte Ouetensis ecclie Epus Regius Consiliarius & c. V
nerabilibus viris pntibus et futuris Collegium Sancti Saluatoris Ciuita
tis Salmantin. incolentibus. Salut' in eo qui est vera salus. Cogitati
mihi sepe numero quid precipue tribuam dno: pro omnibus que retribu
it nobis: aut quo pacto ante tribunal sumi Regis de omnibus tremebundus
rationem Redditurus omnino vacuus non appaream: occurrit verbum
illud dominicum veritate dicente 'Thesaurizate vobis thesauros in celo:
ubi nec erugo nec tinea demolitur. Quod xpianissimum consilium in pau
perum alimonia: et eorum penuria subleuanda: aut dubie adimpleri, certo
scimus ipso dno insinuante: Quod vni ex minimis istis fecistis: michi fe
cistis. Verx inter ipsos pauperes quibus (qd superest) proculdubio debetur
illos potiores existimamus: qui lris operam dare cupientes: penuria rei
familiaris inopia: (qua maxime laborant) id exequi aut psequi nequeunt:
quandoquidem ubi bonis lris preediti fuerint (tunc eis defuturx est nihil)
& comuni vtilitati facilius consulere: & alijs pauperibus comodius subue
nire valebunt. His igitur diutius mature pensatis pauperes Scholares: sa
cre theologie: ac iuri pontificio ceteris preferendos destinauimus: vtqz
enim hmoi scientijs imbuti deo optimo maximo plimum obsequentur: Qui
ppe Theologi tum vite integritate cum suis concionibus vitia eliminare:
virtutes plantare: fidelem pptm erudire: hereses exterminare: Orthodo
xam fidem asserere: ac sancta dogmata edificare: efficacissime contendet.
Iuris consulti vero lites sopire: Disidententes ad pacem & concordiam reuo
care: honeste viuere: neminem ledi: Jus suum vnicuiqz tribuere: conabit.
Propheta sapientie prestantiam diserente: Qui me illucidant vitam eter
nam habebunt. & qui erudiunt plimos ad iustitiam: erunt vel vt Stelle
in perpetuas eternitates. his ergo rationibus persuasi Collegium pauperu
scholarium sancti saluatoris: quo t' nra sancta Oueten ecclia decoratur
dedicare instituimus. Quod cum iam edificijs Redditibus libris & alijs
necessarijs materialiter absolutum Cernamus: sanctionibus infra scriptis
aucte ap muniti formaliter sancire decreuimus. Accipiat igitur vniuersi
tas vni has nras Constitutiones: eisqz pro instructione vna debite & inte
gre vtatur. Quod si vt cupimus et speramus exequi studueritis: facile
fiet: vt et ipi apud deum et homines non mediocrem gloriam: & vtilitas
vrae emolumentum: assequamini: & nos voti nri honestissimi compotes
efficiamur.

VALETE.

Primo Statuimus & Ordinamus. Qz in dicto nro Collegio habitent duode
uiginti studentes cleri. Saltem prime tonsure: quoz nouem dent opera. n

sacre Theologie: totidem vero sui pontificio. ex quibus: duo sint presbri
et capellani dicti Collegij: sive theologi sive Iuriste: vel alter theologus
et alter Iurista: quos vnus (prout sorte euenerit) missam in Capella Colle
gij quotidie celebret. et rerum sacrarum curam gerat. qui quidem Cape
llani in omnibus veri Collegiales existant. Propter Reuerentiam tame
n & occupationem diuini cultus: cui assidue operam daturi sunt: officijs
Collegij se non introrittant. Conclusiones tñ (vt moris est) cum alijs sus
tentare debeant. electionibus vero tam Collegialium: q̄ familiarium: cu
ceteris intersint. Si plures tamen fuerint sacerdotes electi Theologi vl
Iuriste teneantur: in eodem Collegio celebrare. & capellanos predictos p
ebdomadas: (prout eis euenerit) adiuuare. & in omnibus equè vt alij Co
legiales: alia negotia Collegij exercere. & Insuper Statuimus q̄ Collegia
les theologi diebus dominicis et festiuis: et in quadragesima conciones
ad populum facere teneantur in parrochia sancti Bartholomei: in qua
collegium est constructum. (Prout sorte eis euenerit) aut Rectori et con
siliarijs visum fuerit. Verè quia vbi non est caput: nullus est ordo. et vbi
non est gubernator. (vt ait scriptura) Corruit p̄p̄s: Volumus et statuim⁹
q̄ vnus Rector et caput omnium existat: & tres Consiliarij: q̄z consilio in
dustria et diligentia Rector in administratione Collegij vtatur. ~

(Ex qua natione futuri sint Collegiales

2^a Item Ordinamus & Statuimus q̄ futuri Collegiales originem trahant: ex
Regnis Castelle: et Legionis atqz gallicie: probati vita et moribus: scientieqz
ydonei reperiantur. Volumus tñ q̄ ex Regno Gallicie: et principatu Astu
riarum quattuor semper Collegiales deinceps eligantur: Duo gallici et duo Astures
vltra quos si aliqua prebenda vacauerit: Theologie aut Iuris canonici: Si
gallicus aut Astur ad eam se opposuerit: concurrentibus qualitatibus req̄
sitis ceteris paribus preferantur omnibus alijs oppositoribus. Idem etiam
faciendum censemus de familiaribus quotiens eligendi fuerint. Volumus
etiam q̄ de quolibet alioz regnoz exterorū admitti possit vnus: modo ydo
neus repertus sit: instar eorū qui ex Regnis supradictis eligendi fuerint. ||
Quod si contentio inde orta fuerit: maior pars eligentium valeat: habito
respectu ad numerum eligentium: & non ad totum Collegium. Si aut paria
fuerint suffragia naturalis horū regnorū preferatur. ~

(Qui et quales Recipiendi sint in Collegio

Item quum nr̄e intentionis fuerit paupertati Scholarium consulere: volu

2
mus et Ordinamus: q̄ futuri Scholares: in dicto Collegio tanta pauper-
tate laborent: q̄ de patrimonio: aut eccliaſtico beneficio: aut ſimul utroq̄
ſumam ſex millium moropitinoꝝ monete currentis: annuatim in Reddi-
tus eccliaſticis: vel patrimonialibus ſimul non percipiant. Si vero ex aliqua
cathedra: vel alia lectura aliquid ultra ſumam predictam adepti fuerint:
in ſuma predicta minime computetur. q̄ ſi ſcholares aut eoz̄ parentes tan-
tis opibus abundant: ut verisimiliter conſiderari poſſit: ipſos ex eoz̄ vel
paternis Redditibus: ſufficienter in ſtudio ſuſtentari poſſe: ipſum nr̄m Co-
legium talibus non pateat. Super quo iuramento & conſcientie' oꝝm Co-
legialium: de premiſſis informationem habentium flare Cenſemus. ~w

(Iuramentum Collegialium an ſi habeat Redditus

4
Item Statuimus q̄ quando aliquis Collegialis electus ſit: anteq̄ admitta-
tur iuramentum preſtet: ſe non habere in Redditibus ecclie: et patrimonio
vel ſimul utroq̄ predictam ſumam ſex millium moropitinoꝝ: & ſi t̄pore
quo in dicto Collegio futurus eſt: ultra dictam ſumam ultra dictam ſu-
mam ſibi eſſio fieret: Rectori Conſiliarijs: et omnibus Collegialibus infra tri-
duum poſtq̄ ad eius notitiam peruenerit magniſtabit. quod ſi ultra
dictam ſumam repertus fuerit habere: ipſo iure ad reſtitutionem teneatur
Collegio faciendam. ~w

(Ex Salmantica nullus Collegialis ſit

5
Item ad euitanda ſcandala: et incommoda que oriri poſſent: volumus et
ordinamus: q̄ nullus Salmantice ortus: et quinq̄ leucis in circuitu: Co-
legialis dicti nr̄i Collegij exiſtat. ~w

(De etate Collegialis et familiaris

6
Item quia rebus ſerijs maturitas etatis eſt requirenda: Statuimus et
ordinamus q̄ ſcholaris non agens viceſimum primum annu' completu':
in Collegialem dicti nr̄i Collegij non recipiatur. familiaris vero deci-
mum ſeptimum compleat annum: anteq̄ in Collegium valeat admitti.

(Quot ex Ciuitate vel Diocesi futuri ſint Colleg^{les})

7
Item Statuimus et ordinamus: q̄ ex vna Ciuitate: et loco, vnus:
ex vna autem dioceſi: duo tantum admittantur. Attento q̄ locus in

quo aliquis ortus fuerit: a loco originis alterius, quattuor leucis salte
distet.

(Collegiales intra quartum gradum
non sint conjuncti: ~)

8. Item mandamus et expresse prohibemus: qd Consanguinei: aut aliq^a,
affinitate intra quartum gradum: in Collegiales simul admitti nō possēt.

(Qui semel fuit Collegialis denuo nō admittatur.

9. Item Decernimus et expresse prohibemus: Qd qui semel collegialis in
Collegij extiterit: denuo ad Collegium non admittatur. ~ ~ ~ //

(De' Coniugatis.

10. Item. Qd nullus Coniugatus vel desponsatus per verba de presenti in dic
to Collegio esse possit. Et si aliquis coniugatus vel desponsatus per verba
de presenti fuerit receptus: sit priuatus ipso iure prebenda Collegij. Et
si fuerit occultum nichilominus ad restitutionem expensarū Collegij //
illius temporis teneatur. ~ ~ ~

(Quibus artibus predictos decet Collegiales
et de forma opponendi.

11. Item Volumus et Statuimus: Qd admittendi in Collegio: si Theologie //
operam dare voluerint: Bachallarij sint in ipsa theologia vel saltem in
ibi aut ats artibus: aut per triennium ante bachallariatum in artibus: vel post theo
SE. & logie vacauerint. qui vero iuri Canonico bachallarius existat. vel sal
tem per quadrenium in ea facultate studuerit: nisi alicuius sufficien
tia & ydoneitas: per suffragia omium Collegialium: nota fuerit. hmoi
enim si pericior alijs graduatis: in examine Repertus fuerit: illis prefe
ratur. Theologus vero librum smax. Jurista Decretales Saltem habere te
neatur. quodq; admittendus infra tempus vacationis Rectori se presentare:
et deinde omibus Collegialibus simul vel separatim oppositionem sua
notificare debeat. ~ ~ ~

De' vacatura prebenda.

12

Item Quia a t[em]pore vacationis alicuius prebende: Rector infra quinq[ue] dies: denunciaret prebendam vacare: (vt moris est) et a t[em]pore denunciationis infra viginti dies volentes se opponant: et infra alios decem fiat electio. Ita q[uod] vacatio vltra trimestre non extendatur. Volumus autem q[uod] si Rector in hoc negligens fuerit: quilibet Consiliario[rum]: et ip[s]is negligentibus quilibet Collegialium: hoc successiue facere teneatur. ~w

Quia nullus Collegialium votum suu[m] alicui comittere possit.

13

Statuimus insuper ne quisq[ue] Collegialiu[m] si tempore electionis absens fuerit: possit votum suum alteri comittere. ~w

Quia nullus favore alicuius aditum habere possit in Collegio.

14

Item Statuimus et Ordinamus q[uod] nullus precibus: vel cuiuscumq[ue] intercessionem: favore vel gratia: sed habita tantum ratione ad deum qui non est acceptor personar[um] in Collegio admittatur: q[uod] si precibus gratia aut favore in collegium aditum habere contenderit: ipso facto illa vice dum taxat: in habilis ad dictum Collegium consequendum censeatur. Idem etiam in familiaribus obseruari volumus: Prohibentes insuper ne quispiam Collegialiu[m] aliquem admittendor[um] certio[rum] facere presumat: q[uod] illi ad suum introitum in Collegium votum prestitit aut denegauit: q[uod] si secus fecerit: arbitrio Rectoris puniatur. ~w

De forma electionis Collegialium et Iuramento sup[er] ea Prestando.

15

Item volumus et statuimus q[uod] in primis audita missa sancti sp[irit]us: omnes Collegiales simul iuramentum prestent: se neminem nisi bonis moribus et virtute preditos: doctrineq[ue] aptos: nullo alio habito respectu: vel affectu: admissuros: quo sic prestito: omnes Collegiales suffragia sua secreta in scriptis tradant: quibus collectis si contigerit vota eligentiu[m] ad duos vel plures extendi: ille cui maior pars suffragata fuerit: sit Collegialis: si paria fuerit suffragia Collegialis euadat cui Rector et Consiliarij: vel Rector cum altero Consiliario[rum] adheferit. forma autem futuri examinandi hanc

seruari precipimus: videlicet Quod nemini detur lectio preuisa vel optata: Sed coram omnibus Collegialibus et oppositoribus: Et quibuscumque alijs interesse volentibus. Pro iurista liber Decretalium: Pro Theologo vero magister sententiarum: ter publice aperiat. Examinandus vero lectio nem ex tribus aperturis eligat quam maluerit: Et infra viginti quattuor horas: coram omnibus (vt premititur publice legat. Assistentur etiam ex oppositoribus tres arguentes: qui post electionem completam arguent legenti. Pro ut eis videbitur. Si aliqui vero ex Collegialibus arguere velint: post prefatos tres arbitrio eorum relinquimus.

Quod nullus Collegialium alteri pro suffragio subornet.
Quod nemini unquam suffragium suum reuelet.

16 ¶ Volumus etiam: ne quispiam Collegialis: possit aliquem Collegam subornare: aut allicere: prece vel munere: aut alio quouis quesito colore: nec Collegialis declaret voluntatem suam alteri Collegiali. verbo: signo: nec alio quouis modo: vt suffragium suum alicui eroget: Quod ante vacationem: vel post: nullus Collegialium possit alicui polliceri votum suum: idque intelligatur: non solum in electione Collegialium: verum etiam Rectoris et Consiliariorum: ac familiarium vel aliorum officialium. Prohibentes ne quispiam Collegialis: ante vel postquam libet electionem alteri Collegiali propalare possit: aut alicui homini directe vel indirecte: quomolibet reuelare. cui suffragaturus sit: vel suffragatus fuerit: siue ille fuerit electus: siue non electus: nec possit explicare: alicui competitori. quot numero suffragia plura vel pauca habuerit. Quod si quispiam contra hanc Constitutionem commiserit: aut secretum huius reuelet: preter culpam perjury quam incurrit Innocentius eius sententia excommunicationis ipso facto: prauis etiam portio temporis que in Collegio steterit: prauis volumus ad quam soluendam teneatur: in foro conscientie: non expectata sententia: aut examinatione aliqua ex terrore.

Quomodo et que iuraturus sit Collegialis

17 ¶ Item mandamus et Ordinamus: Quod Collegialis in Collegio admissus: Iuramentum prestat omnibus presentibus: se Rectori suo: in omnibus licitis et honestis parituum: honorem et comoda: libertatem: priuilegia: et preheminentias Collegij tempore quo in eo permanserit: et quo ad vita ei comes fuerit: pro viribus procuraturum: defensurumque: et siquid sibi infundatum aut demandatum fuerit: minime recusaturum: Sed siue Rector aut Consiliarius: siue procurator electus: siue Nuntius ad Romanam vel Regiam curiam: aut quouis destinatus fuerit: (quod in eo fuerit) executurum: Constitutiones nostras prout in eis continentur obseruaturum: nec alias his nostris contrarias vel derogatorias: aut hanc intentioni alienas procuraturum: nec absolutioem

4

sive relaxationem hmoi. Iuramenti petitur: procuraturu aut acceptatur: Quod quidem Iuramentum in forma (ut premissum est) prestitum: in comu ni prothocolo: cum subscriptione trium Collegialium inscribatur: Et in archa Collegij ad perpetuam rei memoriam reponatur. ~w

(Tempus quo Collegiales in Collegio comoraturi sut

18. ¶ Item volumus & ordinamus: Qd Collegiales predicti in dicto nro Collegio septē continuos annos ab initio sui ingressus computandos morentur: in quibus connumeretur tempus: quo ab ipso Collegio absentes fuerint: verē si quis p̄ Collegialium: pro negotijs Collegij expediendis quocunq; extra Salmantica missus fuerit: tempus quo abfuerit: non computetur: in predictis septem annis: & ne in hoc fraus vel dolus interuenire possit: volumus q̄ tempus absentie: et locus q̄ scholaris pro negotijs Collegij abfuerit: et causam absentie nomine proprio Rectoris pro t̄pore existentis subscribatur: Aliter vero hmoi absentia pro non absentia habeatur: Quoquidem tempore finito: Collegiales in nomine dñi a Collegio expediti censeantur: quorū loco alij (ut premittitur) sufficiantur. ~w

(Qd si quis ultimo exitus anno electus fuerit in Rectorem: officiu exerceat.

19. ¶ Item volumus & mandamus: Qd si contigerit Consiliariū vel Collegiale anno ultimo sui exitus: a Collegio in Rectorem eligi in ipso Collegio permittat: usq; ad finem anni quo electus fuerit: etiam si parum t̄poris reliquū sit de supradictis septem annis: & ipso anno sui officij finito: et ratio eius reddita: a Collegio absolutus censeatur.

(De forma electionis Rectoris & Consiliariorū

20. ¶ Item volumus et Mandamus Qd in electione Rectoris & Consiliariorū ipi Collegij tale temperamentum adhibeatur. Rector et Consilarij et Ceteri collegiales in capella Collegij congregati: audita prius missa sp̄s sancti ad electionem procedentes: ad sacra dei euangelia prestabunt Iuramentum: q̄ oī gratia odio vel favore: aut maleuolentia / pretermisissis: quattuor quos sufficientiores et vtiliores Regimini et gubernationi Collegij cognouerint: secrete eligent: quorū nomina ab omnibus Collegialibus vel maiori parte p̄ in scriptis accipiantur: Inter quos quattuor sorte dirimantur: quis eorū fu

turus sit Rector: quorum uno in Rectorem electo: reliqui tres Consiliarii
dicti Collegij absque alia discussione remaneant: ~

(De tempore electionis Rectoris & Consiliariorum.)

21 Item volumus et statuimus: quod electio Rectoris et Consiliariorum: fiat in die
Sancti Michaelis mensis septembris: Ita quod omnes Collegiales eo die sint presentes:
atque qui tunc absens fuerit: veste et insignijs Collegij eo anno careat: nisi
de mandato Collegij absens: vel graui infirmitate grauatus: vel captura
sine culpa detentus fuerit: ~

(Quod unus eligatur Preceptor nouorum Collegialium
quod Constitutiones obseruari et legi faciat.)

22 Item cum nemo assumi debeat in magistrum: qui formam disciplinam non
assumpserit: volumus et mandamus: quod inter Collegiales: unus eligatur: que
ad id sufficientiorem cognouerint: qui Collegialium nouiter receptorum:
preceptor existat: eosque in vita et moribus instruat: et has nostras Constitu-
tiones obseruare doceat: qui etiam earum obseruandarum: et debito tempore le-
gendarum curam habeat. ~

(Qui modus est adhibendus: Si Rector
aliquid iniuste mandauerit.)

23 Item volumus et mandamus: quod omnes Collegiales suo Rectori in omnibus
que eis vel eorum alicui iniunxerint pareant. nec onus aut penam imposi-
tam quoquomodo recusent. excepto si eos vel eorum quempiam a Collegio
eicere: aut per mensem habere a victu Collegij priuare voluisset. Tunc da-
mus ipsis ad Consiliarios recursum: qui re intellecta si viderint Rectorem
iniuste et inique in aliquem processisse ei significant: qui illico sub pena pres-
titi iuramenti: illud reuocare teneatur. Si tamen Consiliarii vel duo ex eis
in hoc minime concordantes fuerint: Rectoris pena vel mandatum nequaquam
improbetur. ~

(Quid iuraturi et obseruaturi sunt Rector et Consiliarii)

24 Item statuimus et ordinamus: quod Rector et Consiliarii Postquam electi et recep-
ti fuerint: in presentia omnium Collegialium ad sacra dei euangelica: cor-
porale prestent iuramentum: quod recte et fideiiter omnia iura bona et comoda

ad ipsum Collegium pertinentia: iuxta nostras Constitutiones seruabunt: et
custodient: et maxima cum diligentia gubernabunt. forma autem Juramenti noi
bus quatuor Collegialium subscripta: et in quoddam Registro hmoi Jura
mentis deputato conscripta seruetur. In quo Registro hmoi Juramenta: an
nuatim describantur. Volumus Preterea qd nullus ipsorum Collegialium aude
at quempiam eorum conuenire nisi coram Rectore: a quo non liceat appellare:
nisi ad ipsos Consiliarios. Quibus mandamus sub pena prestiti Juramenti ut
habita verbali tantum casus relatione sine scriptis postposita malitia: sine
dilatione causam terminare studeant: atqz procurent. qd si aliquis ipsorum
Collegialium vel seruatorum dicti Collegij ex quacumqz causa: qstuncunqz legi
tima vel rationabili secus fecerit: eo ipso et penam prestiti Juramenti incurrat:
et a Collegio priuatus censeatur. *no*

(Qd Rector & Consiliarij ad annum tm eligi debeant.

25 *K* II Item volumus Qd Rector & Consiliarij non possint eligi nisi ad annum tm:
quo finito ipse Rector vsqz ad duos annos: Saltem in Rectorem: et ad
vnum annum in Consiliarium eligi non possit. Consiliarij autem vsqz ad
annum: nec ad officium Rectoris: aut Consiliarij eligi debeant. *no*

(Qd etiam absens possit eligi in Rectorem:
vel Consiliarium.

26 *K* II Volumus etiam et Ordinamus: Qd si forte aliquis Collegialis: cum bona
gratia et venia Rectoris & Consiliarioz absens fuerit: eligi possit in Rec
torem vel Consiliarium: si infra decem dies a die electionis coputandos
redierit: Sin autem no venerit hmoi electio sit nulla. Sequenti die alter eli
gatur. Si tamen pro negotijs Collegij absens fuerit: tanqz pns eligi possit: nec
currat sibi tempus prefixum Decem dierum: et Donec Reddierit vice rec
tor eius loco substituatur. quod etiam de Consiliarioz electione Censeat. *no*

Pena Rectoris delinquentis

27 II Item volumus et Ordinamus: Qd si Rector in suo officio: minus bene se
geserit: quilibet Collegialium sentiens: Consiliarijs manifestare teneatur
qd si eis visum fuerit: tale delictum correctione egere: dent operam ut co
rrigatur eum admonendo: Si autem emendari noluerit: accersitis omnibus

Collegialibus: si omnes vel maior pars: id expedire cognouerint: demum pre-
dictus Rector moneatur: ut infra conueniens tempus commissum dissol-
uere: et emendare. et Damna restituere procuret. Quod si facere noluerit:
ab officio priuetur. & alter eius loco sufficiatur. Supradicto lectionis ordine
in aliquo non mutato: ipse vero delinquens arbitrio omnium debita animaduer-
sione puniatur. ~

Q. futuro Rectori dentur a predecessore
omnia per ^{Inuentarius} ~~Instrumentum~~.

23 Item volumus & Ordinamus: Q. Rector a die sue electionis: usque octo
dies primo sequentes: cum Consiliarijs omnia bona Collegij a predecesso-
re relict^{er scripta} ^{Inuentarius} ~~per Instrumentum~~ recipiat: quod a nouo Rectore et Consiliarijs
subscriptum verum et approbatum in archa dicti Collegij seruetur. Pre-
teritus vero Rector et Consiliarij rationem omnium expensarum ordinariarum
infra alios Duodecim dies sequentes: nouis Rectori et Consiliarij redde-
re teneantur. q. si in dicto termino ^{Inuentarius} ~~Instrumentum~~ facere noluerit: monea-
tur: ut sequenti triduo illud faciant. Si vero pretermisso triduo: illud
facere contempserint: ipso facto absque ulla spe: a Collegio sint priuati. Quam
priuationem Collegiales sub pena prestiti Iuramenti exequi teneantur. ~
Si vero rationem dictarum expensarum infra dictum terminum (ut premittit)
non reddiderint: per mensem a mensa Collegij absque alia remissione sint
(priuati.

Q. Rector rationem expensarum accepturus sit

29 Item volumus & Ordinamus: Q. Rector totius impense ordinariarum: vel
extra ordinariarum: in Collegio faciende rationem in fine cuiuslibet Septi-
mane: recipiat. vel vnus Consiliarius Rectore impedito. Preterea q. ~
Rector simul & Consiliarij in fine cuiuslibet mensis a Dispensatore ex-
pensarum ordinariarum: et extra ordinariarum pariter et a Receptore de eo quod
recepit: in quolibet mense rationem accipiant. Si vero Rector quolibet die
a Dispensatore rationem accipere voluerit: eius arbitrio relinquatur. Dis-
pensator tamen maior a minore dispensatore cotidie rationem accipiat:
que quidem ratio eiusdem Rectoris & Consiliarij nomine subscripta sit. ~

De Portionibus dandis

30 Item quoniam ubi est ordo: & certa viuendi norma: ibi cuncta recte procedunt.
Statuimus q. pro quolibet Collegiali expendat quotidie Dispensator

6

tot morapitinos pro cibo quotidiano: tan carnis q̄ pisciū: q̄t erit valor
vnius libre: cum dimidia. carnis arietine: & pro vno quoq̄ familiaribus
septem tantum morapitinos. Inqua quidem pecunia: tan Collegialium
q̄ familiarium: fructus: olea: butyr̄: oleum: acetum: et omnia ad
cibum pertinentia: preter panem et vinum computentur. Et quia p̄n
cipales anni festiuitates: maiori cum honore et letitia celebrande sunt.
volumus q̄ in diebus natiuitatis: et dnice Resurrectionis: Penthecos
tes: epiphanie: et carnes priuū aues apponantur Collegialibus: s. pro
quattuor gallina vna. Si aliquis vero ex deuotione ieiunium fecerit:
valor portionis illius: in cena & collatione consumatur.

De vestitu et honestate Collegialium

31 II Item volentes honesto vestitui Collegialium prouidere: Statuimus &
Ordinamus: q̄ vnicuiq̄ Collegiali in die Sancti Michaelis: quolibet ano
cum dimidio detur vna clamys. Ita q̄ quolibet triennio tribuantur due:
panni burelis aragonie vulgariter nuncupati valoris quinq̄ Regalium
argenteor̄: pro mensura. et hmoi clamides sint extense vsq̄ ad talos
tantum: Ita q̄ nec nimia longitudine: nec nimia breuitate notentur. q̄d
si secus fecerint: penam arbitrio Rectoris imponendam subire teneantur.
familiaribus tñ breuiore tribuantur vestes cum suis manicis. Precipim̄
etiam quolibet anno cum dimidio dari vnicuiq̄ Collegialium insignia siue
focale panni sub rubei obscuri mensure vnius palmi in latitudine: q̄q̄ alijs
indumentis honestis induantur. nec serico aut colore clicus prohibito: nec
calceis albis vtantur. Prouiso q̄ Collegiales sub pena a Rectore injungēda
veste sibi a Collegio data: vti saltem temporibus: ab eo disponendis cōpellat

De Ludo illicito vitando

32 II Statuimus insuper q̄ nullus Collegialis in dicto nro Collegio ad aleas vel
taxillos quouismodo ludere presumat. quod si secus fecerit: a portione
Collegij pro qualibet vice per mensem priuetur. Permittimus tamem
solatiū vel exercitij gr̄a alijs ludis honestis moderate ac congruis t̄poribus
vti posse pecuniario lucro cessante: Super quibus consuetudinem Rectoris et
Consiliarior̄ Oneramus.

De Camera vacante

33
Item Statuimus et Ordinamus: Quod quodcumque aliquam Camera
vacare contigerit: in optione antiquioris Collegialis sit eam optare
si velit: quod si noluerit: sit optioni proxime antiquiori post illum:
Et sic Deinceps a primo ad ultimum: Verum si duo pares antiquita-
te concurrant: gradu insignitus preferatur: si gradu equales fuerint:
antiquior in gradu. Quod si omnibus pares: assignetur Camera cui Rector
et Consiliarius simul: vel eorum maior pars voluerit. Si vero aliquis Co-
legialis extra Collegium profectus: in mandatis alicui relinquat: Quod si
Camera vacauerit eam eligat nomine suo. Volumus quod si presenti competeret.
eam veniens obtineat. Quod si mandata eius facere neglexerit: Rector
nomine absentis eam optare queat. Si tamen alicui Collegiali absentis ius ad
ipsam Camera[m] sic vacantem competeret: volumus et Declaramus
ipsum absentem anteaquam quid de huius camera discernatur expectari.
Prohibemus tamen quod discedens a Collegio nichil ferreum: aut ligneum: //
vel cuiuscumque materie fuerit: quod in eadem Camera fabricauerit
secum exportare: aut vendere valeat: Verum si ab una in aliam Ca-
meram transferit: ea que sua impensa emerit: secum portare liceat. //
modo sit sine detrimento Collegij: quod iudicio Rectoris et Consiliario-
rum vel maioris partis eorum relinquitur. Prouisio tamen quod seram nec tabulas per
celo positas extrahere possit. ~~~

(Quod omnes in Refectorio prandeant et
cenent. Et de conclusionibus faciendis

34
Item Statuimus: Quod Rector et Consiliarius et Collegiales: prandium et cenam
in refectorio simul faciant. exceptis hijs qui aliqua infirmitate laboraue-
rint: benedictione tamen precedente: tan in prandio quam in cena. Manda-
mus etiam quod diebus a pascha dominice resurrectionis usque ad festum
Sancti Michaelis omnes Collegiales nona decima hora prandeant. et hora
sexta diebus lectibus. in festis hominis. quinta post meridiem vel circiter ce-
nent. A die vero Sancti Michaelis usque ad quadragesimam: prandium
in decima hora fiat: Cena vero hora nona: Qui autem ab ijs statutis cum alijs
in mensa non conuenerit presenti prandio aut cena priuetur. aut certam pe-
cunie quantitatem a Rectore et Consiliarijs pretaxatam exsoluat. Ma-
damus etiam quod omnes Collegiales in cibo et potu sint conformes et equales:
nec aliquis cibum potum: aut epulas deliquatiores ceteris undecumque ha-
bitas: solus in mensa Collegialium comedere: aut extra Collegium pran-

7
dere: vel cenare cum aliquo possit. absqz expressa licentia Rectoris: et aliq
causa rationabili interueniente: prandio autem finito vicissim arguant
Collegiales: et conclusiones sustineant: omnibus pntibus a die sancti luce
vsqz ad festum sancti Jacobi mensis Julij omnibus diebus preter festiuos.
neqz quispiam eoruz: etiam ab hmoi mensa priuatoruz conclusionibus dis
cedat. Donec finita et declarata fuerit. ~~~

(De secreto tenendo.

35
11 Item volumus et ordinamus: qd Rector Consiliarij ceteriqz Collegiales:
iuramentum prestent: qd omnia secreta ad dictum Collegium pertinentia
inter se tractata tenebunt et seruabunt: nec alicui pandent: quod si se
cus fecerint: periuri habeantur: et si reuelauerint secretum capelle: et
de hoc fuerint conuicti a Collegio expellantur. Secretum aut intelliga
tur quod Rector comendauerit. ~~~

(Ne aliquis acceptet Rectoriam ex Collegium

36
11 Item quolibet Collegiales hris sine aliqua intermissione incumbat:
nec alys se intromittant. Statuimus et ordinamus: atqz etiam prohibe
mus: ne Rector et consiliarij vel quispiam Collegialium acceptet officium
Rectoris vel vice Rectoris in ipsa vniuersitate Salmanticensi: quod
si aliquis fecerit beneficio collegio priuatus censeatur. ~~~

(qd constituatur vnus Collegialiu
procurator collegij.

37
11 Item statuimus: qd Rector et Consiliarij et ceteri Collegiales simul
congregati constituent vnum procuratorem ex Collegialibus: quem magis
ydoneum et conducibiliorem Collegio cognouerint: qui procurator sb
pena priuationis a Collegio officium acceptet. et de his que gesserit Rec
tori rationem reddat. qui ambo futuris Rectori et Consiliarijs cora
omnibus Collegialibus denuo rationem stoz reddant. Preterea si vide
rint expedire aliquem ciue Salmanticensem clericum vel secularem per
petuo vel ad tempus economum instituant et creent: qui reddituum

fructuum et prouentuum Collegij curam et gubernationem gerat. Et
cetera extra vel intra Ciuitatem faciet. que ipsi Collegio et eius Reddi-
tibus uiderint magis conuenire. Quodq; possessiones et dictum Collegium
saltem semel in anno per Rectorem: vel aliquem Collegialem aut pro-
curatorem: nomine Collegij uisitentur. uisitatio aut hmoi quoad possessiones
si eas in futurum Collegium habere contigerit intelligatur. non ad ecclesia
beneficia: vel Redditus regales. ~w

(De tempore absentie)

38 **I**tem volumus et mandamus: Quod si quispiam Collegialis uoluptatis
vel exercitij gratia se a dicto nostro Collegio absentare uoluerit: liceat
Rectori facultatem abeundi per duos menses tamen illi concedere. quibus
elapsis si non Redderit a Collegio priuatus existat. Iusta tamen et legitima
causa existente. quam discessurus ueram et necessariam se credere in-
rauerit. Rector et Consiliarij uel maior eorum pars per alios duos menses
ei facultatem absistendi faciant. Prouiso q; Collegialis qui per predic-
tos quattuor menses a Collegio semel absens fuerit: sequenti anno aliud
quadrimestre uel eius partem habere nequeat. nisi in Collegium per
continuum semestre a tempore finite licentie computandum permaserit.
Decernimus tamen ut qui quadrimestri unius anni potitus non fuit:
anno sequenti preterito quadrimestri uel eius parte gaudere non po-
ssit. Si uero prefixo tempore non redderit a Collegio priuatus cen-
seatur. Prohibemus tamen ne eius loco quispiam sufficiatur infra vi-
ginti dies. Infra quos si causam more necessariam: per se uel per alium
reddiderit: cum eo benigne et humaniter agatur. et in Collegio sine no-
ua electione admittatur. Si uero dictis uiginti diebus elapsis causam
more non ostenderit: nulla excusatio ei suffragari valeat. Sed illico nouus
Collegialis eligatur. Annum uero a festo Sancti Michaelis mensis Sep-
tembris connumerari volumus et Declaramus. ~w

(De benedictione mense)

39 **I**tem volumus et ordinamus: Quod omnibus diebus: tam in prandio q; in
cena: per sacerdotem si fuerit: Sin autem per Rectorem fiat benedictio
(mense)

Quod in Prandio et cena semper legat unus

40 **I**tem volumus et ordinamus: q; in Refectorio dum prandium fece

3

rint: vnus Collegialium vel Consiliariorum per ebdomadas: pro ut sorte
eisuenerit bibliam: et in cenando vitaspatruum vel quempiam alium librum
ad arbitrium Rectoris et Consiliariorum legat: In quibus Rectorem tantum
excipimus. Ordinamus etiam q̄ ter in anno in principio studij et quadra-
gesime: et circa festum sancti iohannis baptiste legantur iste nre Const^{nes}
in refectorio omnibus Collegialibus presentibus. quodq̄ exemplar eorum alterum
in bibliotheca cum alijs libris ligatum. Alterum vero in archa Collegij clausum.
Reliquum vero in Camera Rectoris ponatur. ~w

(De silentio obseruando in mensa

41 Item Mandamus et Statuimus sub pena a Rectore iniungenda: q̄ in re-
fectorio Dum prandium aut cenam fecerint: silentium ab omnibus obser-
uetur: et hostium collegij sub clauue claudatur. ~w

(Q̄ vnusquisq̄ in Camera sua dormiat.

42 Item volumus et ordinamus: q̄ vnusq̄sq̄ in Camera sibi assignata noctu
dormiat: nec in alterius Camera quiescere audeat: nisi valitudinis causa
obquam visitaturus: aut visitandus sit. ~w

(Q̄ infirmo dentur necessaria

43 Item volumus et statuimus: Q̄ ex capsula Collegij ministrantur necesse
saria infirmo Collegiali vel familiari: pro arbitrio Rectoris et Consilia-
riorum: vel maioris partis eorum: super quo eorum conscientiam oneramus. Si
vero aliquem eorum decedere contigerit: volumus medietatem expensarum
in eius infirmitatem sumptibus Collegij factarum ex bonis defuncti si ha-
buerit vnde Collegio solui debere. Precipimus et super q̄ si quisq̄ infirmita-
te laborans triduo in lecto iacuit: illico omnia peccata sua confiteri. et si gra-
uis vel periculosa fuerit infirmitas: eucharistiam (nisi sacerdos id vetuerit)
ex aliqua sibi nota causa in forma ecclie consueta recipere debeat. Alioquin
a portione Collegij donec id effecerit: ex tunc priuatus existat. que autem
sit grauis infirmitas: ad perceptionem eucharistie Iudicio medicorum relinq̄t.

(Q̄ Pauperibus Collegialibus: et ministris
in coll. decedentibus dentur necessaria
pro funere exequendo.

44

Item Cum erga omnes tamen precipue impropinquiores operibus miseri-
cordie uti debeamus: Precipimus et ordinamus: Quod si Collegiales vel
familiares in dicto nostro Collegio euita decedentes tanta paupertate labo-
rauerint: quod reliqua eorum bona funeri non sufficiant: tunc ex bonis Collegij
necessaria ipsis sepeliendis: pro funere exequendo ministrentur.

(Quod nullus preter Collegiales in Collegio
dormire possit.

45

Item Statuimus et ordinamus: atque etiam prohibemus: ut nullus pre-
ter Collegiales et Collegij familiares: in ipso Collegio dormire possit: die
vel noctu. Super quo Rectori dispensandi omnimodam potestatem Denegamus.

(Quod nullus Collegialis noctu
extra Collegium dormiat

46

Item Statuimus et ordinamus: quod nullus Collegialium noctu extra Co-
legium dormiat. nisi ex legitima causa. Puta egritudinis: obtenta prius
venia Rectoris et Consiliariorum: quod si quispiam secus contenderit: Pro
primo ei ignoscatur. Secundo vero pane et aqua: diem transire cogatur.
Pro tertio vero absque spe venie: a Collegio prorsus expellatur.

(Loca receptis in Collegio

47

Item volumus et mandamus: Quod eo tempore: quo in ecclesia maiori pulsa-
tur ad orationem faciendam Beate virginis omnes Collegiales: se in Co-
legium recipiant. quo etiam tempore campanam Collegij pulsari man-
damus: et ad signum receptus. et ad huiusmodi orationem faciendam. quod si
secus fecerit pro prima et secunda vice delinquenti ignoscatur. Tertia
vero a Collegio priuetur. quod si aliquis Consiliariorum exequi recusa-
uerit: aut minus bene se gesserit. Rector et reliqui Consilij cum vno
Collegiali: quem ad id elegerint: illud exequi posse Concedimus.

(Quod omnes loquantur Latine.

48

Item Statuimus et ordinamus: Quod omnes Collegiales et familiares: inter
se intra Collegium: et eius terminum loquantur Latine sub pena

Rectore imponenda: ad quod facilius exequendum: Accusator quolibet mense deputetur etiam ad arbitrium Rectoris puniendus si se in eo negligenter gesserit. ~~~

¶ extra collegium nullus solus exeat.

49 ¶ Item volumus et ordinamus: q̄ quando aliquis Collegialis per oppidū ad aliqua negotia procuranda: extra Collegium se contulerit: erit cum venia Rectoris. et sit ei comes alter Collegialis. Preterq̄ si ad scholas vel bibliothecas: vel in diebus dominicis: vel alijs festiuitatibus admittam in parrochiali Sancti Bartholomei. In casibus tamen supradictis in quibus Collegialis solus incedit: non liceat ei domum alicuius intrare: q̄ si secus fecerit: pro prima vice per decem. Pro secunda vero per viginti dies priuetur mensa Collegij. Pro tertia autem per annum integri eadem pena mulsetur. ~~~

¶ De murmure et strepitu vitando et puniendo. ~~~

50 ¶ Item volumus et mandamus: q̄ nullus Collegialium vel familiarium: cuiuscunq̄ conditionis sit: strepitum aut murmur in Refectorio: aut in coquina faciat: etiam si ei integra portio non detur. Potest tamen extra Refectorium coquinam honeste Rectori supplex conueniri. q̄ si secus fecerit sequenti die panis et aqua ei tantum pro cibo ministrantur. Si vero contentio aut tumultus: inter Collegiales vel familiares: ortus fuerit: Rector q̄ primum illud pacare studeat. Postea vero delinquentes arbitrarie puniantur. Et si quispiam se grauatum senserit ad consiliarios recurrat. Si autem inter Rectorem: et quempiam Collegialium contentio oriatur. ipsi Consiliarij vel duo eorū: sub pena ab eis insuneta silentium imponant. ad quam tenendam et obseruandam Rectorem et alios auctores volumus. qui vero inobediens fuerit: facta monitione portione cibi et potus Collegij per mensem caveat. Quod oēs Collegiales sub pena prestiti iuramenti seruare et exequi teneatur. ~~~

¶ honori alterius non detrahatur.

51 ¶ Item Statuimus et prohibemus: ne quispiam Collegialium intra vel extra Collegium honori: fame: vel estimationi cuiuspiam sotiore detrahat. aliter faciens pro arbitrio Rectoris puniatur. ~~~

Forma opponendi se ad cathedras / vel substitutiones

52

Item Statuimus et ordinamus: q̄ quoties in dicta vniuersitate cathedra aut substitutio vacare contigerit: Collegiales qui se ad eam opponere voluerint lectionem inter collegiales de materia sibi assignata per Rectorem facere teneantur: quibus etiam alij collegiales arguant: Postea vero omnibus simul in capella congregatis: Rector ab eis iuramentum recipiat: q̄ nullus eorū odio timore gratia vel fauore: seu alia quacūq; causa votum seu suffragium prestabit alicui eorū: nisi ei quem secundū deum. et suam conscientiam ad dictam cathedram seu substitutionem assequendam sufficientiorem et magis ydoneum esse cognouerit. quo sic prestato: omēs per cedulas, secreti suffragia prestabunt. et cui maior pars adhererit: ille tantum ex collegio ad dictam cathedram vel substitutionem se opponere possit.

De libris Collegij non extrahendis

53

Item volumus et expresse prohibemus: sub pena prestati iuramenti: ne libri ipsius Collegij cuiuspiam in collegio: vel extra accommodari possit: ad transcribendum vel studendum: nec collegialis librum ex bibliotheca in camera sua accipiat. Si quis vero aliter fecerit: Primo et secundo ei ignoscatur: tertio vero extra Collegium abire cogatur. et insup clauēs vingarum ferreas: quibus includuntur libri in archa dicti Collegij reponi mandamus.

De libris ferreis cathenis custodiendis

54

Item volumus et ordinamus: omēs libros quibus ipm Collegium donauimus aut donaturi sumus: ferreis cathenis in bibliotheca ligari. nec inde auferri: vel alicui concedi posse: Si vero aliquis a Collegio alienus in bibliotheca legere aut videre: aliquid voluerit: sit ei semper ad incommoda vitanda comes stationarius vel collegialis. volumus etiam q̄ qui libet collegialium penes se habeat vnam clauē bibliothecae: q̄ si cuiuspiā negligentia aditus bibliothecae patuerit: eadem die a cibo et vno abstinere cogatur.

Collegiales per oppidum cum habitu incedant.

55

Item ordinamus et expresse prohibemus: ne quispiam collegialium per Ciuitatem Salmanticensem et triamilla passuum incircūitu inclu

sive non possint dimittere clamydem Collegij. Si tamen ultra profici-
catur: in alio decenti habitu absqz clamydē et insigniire et reddere queat.
q̄ si secus fecerit pro prima & secunda vice a cibo et vino abstineat: Pro ter-
tia vero a Collegio priuetur. ~

(Q̄ Camere oium semper pateant Rectori

56

Item Ordinamus et Mandamus: Q̄ si Rector Cameram cuiuscūqz Co-
legialis adire velit: confestim illi sine difficultate fores pateant: Ita
q̄ Rector omnia que in Camera sunt inspicere possit: q̄ si aliquis Co-
legialis resistere temptauerit: Collegio priuetur. ~

(Q̄ nullus Collegialis absens gaudeat
portione Collegij. ~

57

Item volumus et mandamus: Q̄ nullus Collegialium Dum absens //
fuerit: quacunqz de causa quicqz portionis sibi debite percipiat. etia //
si Rectoris et Consiliariorū: ad hoc expressus accedat assensus: q̄ si //
quicqz superfuerit: tam ex portione absentium: q̄ ex Redditibus Co-
legij vel alia quacunqz causa arche Collegij sub pena prestiti Juramenti
accrescat. ~

(Qua hora hostium claudendum sit

58

Item volumus et Ordinamus: Q̄ hostium principale collegij infra
mediam horam postqz tempore completorij in dicto Collegio pulsatum
fuerit: claudatur. Postqz vero clausum fuerit: nemini: siue sit Rec-
tor aut Consiliarius: aut Collegialis: siue alienus: etiam si gravissima
causa urgeretur aperiatur. Si quisqz vero Collegialium secus fecerit:
ex primo pane et aqua tantum pro victu die sequenti utatur. ex secūdo
duplici pena afficiatur. ex tertio aut a Collegio alienus existat: Rector
vero in hoc delicto bis deprehensus ab officio sit priuatus. Tertio aut
perseuerans siue venie spē a Collegio expellatur. Q̄ si quempiam p̄
fenestram vel murum exire vel intrare compertum sit: a Collegio
priuatus existat. quod etiam in familiaribus exequendum cēsemus.
Custodia vero Januarū ad Rectorem: vel cui ille comiserit: modo ho

nestus et bonis moribus predictus sit: pertineat. Permittimus tñ grauij
imminente morbo: collegialis aut familiaris necessitate exigente ex
consilio medici et cum venia Rectoris hostium Collegij aperiri posse:
et non alijs. super quo eorū conscientiam oneramus. ~

(De' incumbenibus Juri Canonico

59

11 Item Volumus Q nullus Juri Canonico incumbens: ultra triennium
leges audiat: Duas lectiones tantum audiens: et hoc postq̄ bacha
llarius effectus sit. Si tamen aliquis Collegialis Rectori et Consiliarijs
sufficiens fuerit repertus: liceat eis per annum dispensare ad audien
dum librum institutionum ante bachallariatum. Si quispiam autem
secus fecerit: pro arbitrio Rectoris et Consiliarioꝝ puniatur. ~

(De' archa cōmunj. ~

60

11 Item Statuimus et ordinamus: Q in capella Collegij collocetur que
dam archa vallida: ad reponendum pecunias Redditus et instru
menta dicti collegij cum quattuor clauibus: quarū vnā Rector: et
aliā quilibet Consiliarioꝝ penes se teneant. et si inde quicq̄ pone
dum vel deponendum fuerit: in p̄ntia oīum fiat. ~

(De' custodia ornamentorū Capelle'

61

11 Item Statuimus et ordinamus: Q penes Rectorem et Consiliarios:
maneant: et custodiantur Ornamenta Capelle' Collegij si qua fuerit
pro festis solempniter celebrandis. vtenda vsui tamen cottidiano ne
cessaria: sint penes capellanos. ~

(De' Custodia frumenti.

62

11 Item Volumus et Mandamus: Q Residuu' frumenti ex Redditibus Co
legij facto domestico sumptu diligenter custodiatur: Ita q̄ semper super
sint in Camera frumentaria. saltem quingente mensure: s. fanege: ad
ea que possint accidere: q̄ frumentum temporibus accomodatis personis
aliquibus honestis et fide dignis mutuo dari: et in t̄pore reuocari potest: ne
nimia vetustate tinee consumatur. Quod Rectoris et Consiliarioꝝ pru
dentie demandamus. Dum modo vsura aliqua nō interueniat: ~

(Q annuatim fiat memoriale' Reddituu'

63 Item volumus et mandamus: Quod factis et conductis ad firmam vel ad annuam pensionem Redditibus dicti Collegij memoriale omnium Reddituum singulis annis in archa Collegij reponantur. Cuius exemplar in festo sancti Iohannis baptiste recipiat Rector illud visitatori daturus: ad visitationem faciendam: et rationem omnium accipiendam.

(De residuo Reddituum)

64 Item volumus et mandamus: Quod ex residuo Reddituum Collegij domus et edificia reparentur: libri si necessarii fuerint: aut Redditus: aliisque ad domum conuenientia emanent.

(De Prouisione victus &c)

65 Item Statuimus: Quod Rector et Consiliarij tempore debito de habitu: vitu et vestitu: aliisque victualibus et rebus necessarijs provideant: quod si non fecerint: Damnum aut incommodum Collegio inde venturum: per visitatorem soluere cogantur: nec excusatio admittatur: si tempore prouisionis facienda pecunias in comuni archa non habuerint: nam dato quod non habeant: nos ex nunc eos ad pecuniam pro huius prouisione faciendam ab amicis aut aliunde super pignore usque ad futuros redditus querendam arctari volumus et mandamus.

(De reparatione edificiorum et possessionum)

66 Item volumus et mandamus: Quod Rector pro tempore existens: cum Consiliarijs videant: que reparatione edificiorum Collegij et possessionum eius indigent. et quando aliquid reparandum vel construendum fuerit: vnus Collegialium per ebdomadas: (Pro ut sors tulerit) de mandato Rectoris praeexistat. Ita tamen quod si aliquid de nouo edificandum vel fabricandum fuerit fiat de consensu Rectoris & Consiliario: et Collegialium omnium.

(De alienationibus)

67 Item si aliqua urgente necessitate: aut euidenti utilitate: vel alijs de causis a iure praemissis alienationes vel permutationes faciende sint in Collegij bonis circa hoc iuris communis dispositioni standum fore decernimus. Prohibemus etiam quod bona Redditus aut pecunie Collegij nequam commodato aut mutuo extra Collegium dari possint.

(De numero Sutorum Collegij ~.

68

Item volumus et ordinamus: Quod ad usum et seruitium totius domus: recipiantur sex seruitores. Prohibemus tamen ne Rector aut quispiam Consiliarius vel collegialium proprium seruitorem: vel infra quartum gradum consanguinitatis conjunctum habere possit. Ita quod familiaris Collegij esse non possit: ille qui moram traxerit cum aliquo collegialium ante vel post ingressum collegij. Et inter hos seruitores unus habeat curam capelle: et alius sit dispensator et alius cocus. Ceteri ad seruitium comune deputentur.

(De Sacramentis percipiendis.

69

Item statuimus et ordinamus: Quod omnes Collegiales et seruitores dicti Collegij peccata sua confiteantur: et sacramentum eucharistie saltem quater in anno in capella collegij recipiant. scilicet in pascha natiuitatis Resurrectionis domine iuxta preceptum ecclesie. et penthecostes: ac in festo Sancti Saluatoris. Siquis vero premissa facere contempserit: nulla admessa excusatione: una tamen monitione coram Rectore et Consiliariis ei prius facta a Collegio eiciatur: quod illico Collegiales sub pena prestiti iuramenti exequi teneantur.

(De horis dicendis et commemoratione fundatoris

70

Item statuimus et ordinamus: Quod quispiam collegialium sacri ordinis: caractere insignitus: aut aliquo beneficio ecclesie astrictus horas canonicas perfecte dicere non pretermittat. Quod si non fecerit monitus a Collegio priuetur. volumus insuper quod in missa in capella collegij celebranda in mentis primo semper fiat commemoratio pro fundatore domus: et post eius obitum in secundo memeto: in calce ultime orationis quotidie attente et deuote fiat commemoratio in hunc qui sequitur modum. Et famulos tuos Papam Cesarem, Regem et reginam nostros: cum prole regia, et exercitu suo ab omni aduersitate custodi. Et famulum tuum Didacum episcopum Ouetensem huius sacre edis fundatorem quoaduixerit in tuum obsequium semper dirigere: et postquam ab hac luce migrauerit: ei gloriam sempiternam indulgere digneris. Et pacem et tranquillitatem nostris concede temporibus. Et ab ecclesia tua cinctam repelle nequitiam. Per Dominum nostrum. Et c.

Nullus habeat mulierem.

71

Item Statuimus et ordinamus: q̄ si quispiam deventui in dicto colle
reperitus sit aliquam concubinam in oppido Salmanticensi vel extra
p̄ce vel occulte habere: si per inditium ac iuramentum trium vel plu
rium testium in crimine deprehensus fuerit: aut cum aliqua in dicto
oppido rem habere compertum sit: a Collegio priuatus existat. q̄ oēs
collegiales sub pena prestiti iuramenti illico exequi teneatur. Rectori
autem inquisitionem huius criminis Relinquimus.

Q̄ omēs semel in mense conueniant

72

Item volumus et mandamus: q̄ semel in mense omēs collegiales: cū
Rectore et consiliarijs in capella Collegij vel alio loco ydoneo conueniant
ad tractandum cognocendum et dicendum Primo de vite et morū
honestate: ac de Constitutionum obseruatione: et deinde de Redditi
bus: possessionibus et reparationibus bonorū et edifitiorū dicti Collegij.
Ita vt omēs sciant bona et negotia Collegij. et eo die Rector libros libra
rie requirat. et a puluere excuti faciat.

Q̄ nullus portet arma

73

Item Statuimus et ordinamus: Q̄ nullus arma intra vel extra Co
legium portare presumat. non impetrata venia Rectoris et Consilia
riorū. Super quo eorū conscientias Oneramus. excepto si extra oppidum
quispiam Collegialium proficiscatur. q̄ si aliter fecerit: a portione Co
legij duorū mensū pro qualibet vice priuatus existat

(Pena percucientis alium

74

Item Statuimus et ordinamus: Q̄ si inter Collegiales et capellanos:
vel eorū aliquos iurgia contempiones: vel discordiam oriri contigerit:
Ita vt manus violentas in se inuicem ingesserint: Tunc Rector veri
tate comperta illum qui culpabilis fuerit inuetus: a portione Collegij
per mensem priuabit. Si autem gladio ligno vel lapide cum effusioe
sanguinis aliquis percussus fuerit: Percussor a Collegio priuatus excis
tat. Si ambo vterq̄ pariter eijciantur. Si vero quispiam gladium:
aut ensem nudum distinxerit: nec ultra progressus fuerit. portioe
mensis vnius careat. q̄ si taliter discordantes: ad pacem vel amicitia

inuicem Reddere noluerint: cogi possunt ad eam iuranda. et si diffi-
les se prebuerint: pro arbitrio Rectoris et Consiliarioꝝ puniantur. ~

(Ne quis Rectorem conuicio afficiat. ~)

75 || Item statuimus et prohibemus: ne Collegialis aut Seruitor Collegij
Verbo inhonesto, turpi vel aliquo conuicio Rectorem afficiat. Si quis
vero in premisis deliquerit eum Rector pro arbitrio animaduertat.
nec recursus: aut appellatio ad consiliarios: in tali casu ei suffragari
(possit

(Quod in absentia Rectoris et Consiliarioꝝ
alius sufficiatur. ~)

76 || Item volumus et ordinamus: Quod si Rectorem vel ^{quendam} Consilia-
rioꝝ ex aliqua legitima causa a Collegio abire contigerit: eius loco ser-
uato ordine: alius sufficiatur. Dum modo ultra quindecim dies eius li-
centia non extendatur. Quod si ultra dictos quindecim dies: licentiam
acceperit: tunc antiquior Consiliarius: loco Rectoris subrogetur. loco
vero Consiliarij nullus. ~

(Quod Rector a Collegio non discedat.
nisi Reddita ratione?

77 || Item Statuimus et Ordinamus: Quod Rector tempore quo ad officium admi-
nis fuerit: Iuramentum prestat se a Collegio minime recessurum: nisi ra-
tionem expensarum et omnium bonorum acceptorum prius reddita vel sufficiet
prestata cautione Redditurum. ~

(Quod missus a Collegio victu contentetur ~)

78 || Item volumus et Mandamus: Quod Collegialis missus ad negotia Collegij tra-
sagenda victu tantum conten- tus existat. nullo alio premio ei prebito.
volumus tamen neminem Collegialium: nisi pro re vera certa et existente
mitti debere. ~

(Quid facturi sint Collegiales tempore pestis?)

79 || Item Statuimus et Ordinamus: Quod si vrbe Salmantina peste (quod deus

auertat) vel aliquo contagioso morbo laborare contigerit: Ita ut mors
 inde generaliter sequeretur. tunc Collegiales: si eis vel maiori eorū
 parti visum fuerit: ab ipso Collegio ultra tempus in alia nra Consti-
 tutione statutum discedere valeant: quo maluerint. suis tñ non Co-
 legij expensis. facta prius a Rectore & Consiliarijs vel maiori eorū
 parte abeundi facultate? Prouiso etiam q̄ semper in dicto Collegio
 remaneant duo vel tres Collegiales et vnus capellanus. Et si forte
 contentio oriretur vtri sint discessuri vel mansuri. Volumus hanc
 litem inter eos sorte dirimi Ita tñ q̄ durante peste vel hmoi morbo:
 ipsa absentia ultra octo mensuum spatium extendi non possit: Abbre-
 uiare tamen posset si pestis cesaret. Pro Rectoris & Consiliariorū: &
 ipsoꝝ Collegialium arbitrio et prudentia. Nolumus tamen Colleg^{tes}
 gaudere posse talibus annis tempore quadrimestri Prout in alia nra
 Constitutione conceditur. quaquidem peste vel morbo sedato tunc
 Collegiales a t̄pore quo id sciuerint: & sibi per Rectorem vel aliquem
 notificatum fuerit: ad vnum mensem ad Collegium redire teneatur.
 q̄ si non fecerint nulla excusatione q̄stuncūq̄ legitima vel iusta
 eis vel alicui eorū suffragante a Collegio sint priuati. Verū si Rector
 et Consiliarij abeundi facultatem ipis Collegialibus vel alicui eorū fa-
 cere noluerint: liceat eis tempore pestis aut pestiferi morbi petita ve-
 nia a dicto Collegio abire & in t̄pore (vt premittitur redire facta p̄us
 sorte vtri eorū profecturi et permansuri sint vt premittitur

De cursu ^{et} electione facienda: &
 veste gradui debita

Item volumus et mandamus: Q̄ Collegialis in aliquo gradu sacre
 Theologie vel iuris Canonici constitutus: cursum statim facere et legere
 in theologia vel iure canonico teneatur. vt digniorem gradum assequi
 possit. Si tamen artuum gradum habuerit: & cursare vel legere voluit.
 id sit pro eius arbitrio. Mandamus etiam q̄ si quis Collegialium Doctor
 aut magister vel licenciatus in quacunq̄ facultate extiterit tempore
 gradus recipiendi vel actus publici abeundi & in diebus solēpmbus vesti-
 bus honestis et suo gradui dignitatiq̄ cōuenientibus vti possit. alijs autē
 diebus habitum Collegialem non deserat.

De sessione Collegiali.

Item Statuimus et ordinamus: Q̄ in sessionibus Collegialium gradua

tus non graduato preferatur. et inter graduatos: qui maiori gradu insigni-
tus fuerit. ut Puta licentiatus bachallario. in reliquis vero antiquior
in Collegio: preter Rectorem quem omnibus anteponendum Censemus. De
claramus insuper q̄ antiquior in collegio: cum ad parem gradum cum
minore peruenierit: eidem licet prius Graduato in omnibus preferatur. Ca-
pellanos tamen et pbratus ordine insignitos: post Rectorem omnibus non
ordinatis preferendos Censemus. *ca. 10*

34

11 Preterea Cum nobis non minori cure sit. qualis post obitum nrm fu-
tura sit gubernatio huius domus q̄ que nunc est. non ignorantes q̄ ma-
xime conducatur: q̄q̄ necessaria et utilis sit iuridica visitatio om̄i ca-
tholice congregationi. Quippe visitare nichil aliud est: q̄ curare ut cri-
mina purgentur. virtutes inserantur. q̄q̄ pacata et quieta sit congregatio:
et a vitioꝝ incendijs defendatur. Igitur posteritati sue prospicientes ve-
nerabiles viros Johannem bernaldum de Luco prouisorem et officialem ge-
neralem et Martinum de frias sacre theologie magistrum et visitatorem
generalem ecclie et dioc̄ Salmantine ac loco eor̄ ab ordinario in postea
subrogandos. Necno^m R^{um} et nobilem dnm Santium de castilla Scho-
lasticum eccl. Salmantin et eius successores in eadem dign^{te}. ac nobilem vice
dnm Santium manrique Rectorem huius vniuersitatis ac Rectores
pro t̄pore existentes in visitatores dicti nri Collegij eligimus et deputamus.
Ita q̄ duo tantum ex predictis singlis annis quo sequitur modo visitationis
offitium exerceant. videlicet Prouisor Salmantin cum Rectore vniuer-
sitatis vno anno. Sequenti vero scholasticus. et eo absente vel egritudine
laborate vice scholasticus pro eo cum visitatore dioc̄. Et sic Deinceps per-
petuis futuris temporibus visitationem exequantur. Si autem duo ex
predictis aliquando inter se non conuenierint ex alijs visitatoribus vnu
in tertium eligant. vterq̄ si scholasticus et Rector visitationem exequi
noluerint. Prouisor et visitator eccl. et dioc̄ Salmantine singlis annis ea
absq̄ illis exequi queant. ~

1 Incipientes autem visitare: prius in pntia Rectoris Collegij et Consilia-
rioz in capella Collegij iuramentum prestent. q̄ omi posthabito odio
gratia amore vel affectione personas Redditus possessiones: edificia et
bona Collegij recte et iuridice visitabunt. expensaz sumptuum. et aliarz
rerum Rationem exigent. et siquid punitione correctione satisfactione
vel reparatione indigere cognouerint pnti Rectori et Consiliarijs exequi
dum in scriptis tradent. quoquidem iuramento astringantur. q̄ nullo pat

nec signo nec verbo nec alio inditio manifestabunt. vitia excessus et delecta aut quecumque alia. si qua fuerint a virtute et honestate et Constitutionibus aliena. que in visitatione perceperint. ipsa autem visitatio absque tabellione exerceatur. Cuius loco aliquis Collegialis substituatur. Quibusquidem visitatoribus: ut premititur officium visitationis adimplentibus: omnimodam puniendi corrigendi emendandi mulctandi et si qualitas excessuum exegerit amouendi personas Rectoris et Consiliariorum Collegialium et familiarium intra Collegium facultatem et potestatem concedimus. ut omnia absque strepitu et figura iudicij summarie et de plano omnino posthabita appellatione breuiter expediantur. Multa vero siue pena pecuniaria delinquentibus imponenda nemini preterquam huic Collegio applicari possit. Quamquidem mulctam siue penam corporalem vel pecuniariam reliqui Collegiales exequi teneantur. quod si in executione facienda Rebelles aut negligentes extiterint. a visitatoribus premoniti a Collegio priuati existant. Et tunc visitatoribus predictis usque ad inuocationem brachij secularis omnia exequendi facultatem omnimodam concedimus. Visitatio autem a die sancti Michaelis usque ad vltimum diem Nouembris quolibet anno celebretur. Ceterum si alia medio tempore in Collegio acciderint. aduersione digna volumus quotiens opus fuerit ut visitatores predicti visitare et corrigere debeant et teneantur. Quilibet autem visitator pro labore suo quattuor florenos auri de Aragonia currentis monete ex Collegio eo anno quo visitationis officium exercuerit percipiat. Super quibus omnibus et singulis visitatorum ipsorum et cuiuslibet eorum conscientias oneramus. Quippe quibus super hac re diligens inquisitio maxime incumbit. Cum non ignoret quod tanto debent cum maiori sollicitudine ad hoc insurgere. quanto damnabilius: ipsorum visitandorum offensas desererent incorrectas.

(De Pena a visitatore imponenda)

Item si visitatores dum visitationem fecerint Rectorem et Consiliarios minus bene se gessisse: nec administrationem Collegij et bonorum eius ut eos decebat debite exercuisse receperint. mediante iustitia damna et detrimenta Collegij cum qui in culpa fuerit resarcire cogant. vel alia pena corpora afficiant. prout in Constitutione visitationis continetur.

(Quod Collegialis nouiter Receptus clamydem emere teneatur et similiter familiaris)

Decernimus etiam quod quilibet Collegialis electus et admissus in Collegio infra

mensam sua impensa clamydem et insignia emere cogatur. ut alijs se conformet. nec alijs dissimilis videatur. Idem etiam in familiaribus
Iubemus.

De missa certis diebus in Capella
Collegij cantanda.

85 ¶ Volumus etiam Q. in diebus Solemnibus: s. natiuitatis: Resurrectionis Penthecostes: et in festo Sancti Saluatoris & transfigurationis: in solepnitatibus beate virginis marie. s. Annunciatione: Assumptione: natiuitate: conceptione: expectatione et purificatione. Item in diebus epiphanijs: Ascensionis: Sancte Crucis: Petri et pauli: Iohannis baptiste: Beati Jacobi zebedei. & in solepnitate omnium sanctorum: missa in capella nra Collegij alta voce cantetur.

Circa familiares. ~

86 ¶ Item Statuimus: Q. cum familiaris fuerit eligendus: prebenda illius infra biduum a die vacature. per Rectorem vacare denunciatur. cum certo numero dierum arbitrio Rectoris constituendo. infra quem volentes valeant se opponere. quo elapso premisso tractatu in capella dicti Collegij secreta per cedula electio fiat.

Q. femina in Camera Collegialis
admitti non possit.

87 ¶ Honestati insuper Collegialium prospicere cupientes. volumus et ordinamus. Q. nulla femina cuiuscumque etatis aut conditionis existat in cameram alicuius Collegialis admittatur: nisi Rectore vel eius loco tenente: alijsq. duobus Collegialibus: vsq. ad regressum comitata.

Quomodo Rector et Dispensator
circa pecunias se habere debeant.

88 ¶ Item Statuimus: Q. Rector: seu Dispensator: tam ordinarius q. extra ordinarius eorum durante officio ultra mille morapitinos simul vel successiue de pecunijs Collegij inuitio improprios vsus non recipiant. q. q. Collegialis siue officialis predicti aut alius quicumque pecuniam aliquam collegio debitam infra duodecim dies a creatione noui Rectoris illam soluere teneatur: Quod si non fecerit: tandiu a mensa et portione co

215
Hegij priuatus existat: quoad debitum: in numerata pecunia integre sa-
tisfaciat. ~

Quomodo et quando hostium Collegij
aperiendum sit. ~

39
" Statuimus q̄ si Collegialis quispiam aliunde post clausum Collegij hos-
tium venerit. ne vagandi per oppidum ei detur occasio: liceat Rectori
cum Consiliarijs: vel eorū alter hostium aperire. Dum tamē altera triu-
noctium. De quibus in alia nra constitutione cauetur. eadem ut premit-
tur admissio debeat imputari. ~

" Hortamur etiam et Monemus: Rectorem et Collegiales p̄ntes et futuros:
ut Collegiales Collegij sancte crucis in Iherlm̄ q̄ d̄ d̄ns Petrus de Mendoca
Car^{us} hispanie Archiep̄s Toletan̄ sancte recordationis d̄ns meus in oppido
Valledoletano edificauit ut p̄s semper veneretur. et in precio habeant.
Et cum Salmanticam aliquis eorū venerit eos in proxima domo Collegij ad
hoc dedicata hospitentur. et in mensa secum habeant. q̄q̄ si aliqua dissensio
aut differentia siue arduum negotium ad Collegium pertinens occurrerit:
ip̄os Rectorem et Collegiales Sancte Crucis consulant. et eorū consilium
suam et decretum sequantur. ~

" Ceteris auxilio diuino humiliter implorato. Domū hanc et omēs habitantes
in ea. (ut pote pauperes xpi eorūq̄ libertates priuilegia Immunitatibus
Istibus et perq̄ mag^{is} d̄ns D. didaco hurtado de Mendoca comiti de Melito
et D. Alfonso de Cuniya et de Colloa comiti de Monterey eorūq̄ successori-
bus ac p̄q̄ nobili d̄no Alfonso de mon Roy preceptor̄i Comende Magdalene
or^{nis} militie de Alcantara et post eius obitum nobli Alfonso de mon Roy et
successoribus. necnō p̄ntibus et futuris enixe in d̄no Comendamus eosq̄
humiliter precamur et obsecramus: ut pauperes Collegiales sub p̄tione
gratia et patrocinio suo suscipiant. Et a quibuscūq̄ violentijs injurijs et
oppressionibus tueantur protegant defendant nec ab aliq̄ offendi aut q̄q̄
detrimenti pati permittant. sed pro sua innata magnificentia singulari vir-
tute et nobilitate omī malignorū incursum p̄ ip̄is xpi pauperibus se oppo-
nant. Monemus Preterea Collegiales ip̄os ut quacūq̄ necessitate ingruente
ad supradictos d̄nos Protectores eorū presidium humiliter implorantes recur-

sum habeant. Et insuper predictos dnos Rectores et regentes similitere
precamur. ut quilibet anno unum aut duos ex nobilibus suis ad officium
hmoi protectionis eligant et deputent. In quo prefati dñi protectores
Rem dignam se ipsis et maioribus suis feragent. et deo optimo maximo
no mediocre obsequiu prestabunt. verbi dñici non immemores. qd vni
ex minimis istis fecistis: michi fecistis. Denum ne ipsi Pauperes colle
giales erga memoratos dnos benefactores: tanqz ingrati offendantur. Et
benefactores ipsi ad subueniendum et benefaciendum promptiores Redda
tur. Et quia parem gratiam referre nequeunt nisi pro tporalibus spualia
rependant. nullumqz munus prestantius vel honorificentius inuenire
valeat qz defensores predictos saluatori nro humilibus precibus comen
dare. ut quenadmodum ipi Patrociniu suu pauperibus impendunt.
Sic etiam pauperes ipi saluatorem nrm certissimu oium presidiu pre
cibus et votis pro suis benefactoribus interpellent. Ideoqz Statuimus
et ordinamus qd singulis annis in perpetuu Rector Capellani et collegiales
omnes tan theologi qz iuriste pro ipsis dnis protectoribus et successoribus
suis quolibet anno in vigilia diei qua diui Jacobi apth Hispaniaru patro
ni festum translationis. s. tertio kls Januarij recolitur in capella Co
legij vesperas cantare. Sequenti vero die superpellitijs induti ad vici
nam eccliam s^{ti} Bartholomei orationem facturi. Deinde p plateam in
circuitu ipsius parochialis processionaliter incedentes ad capellam colle
gij reddeant et in ea missam cum sermone soleniter celebrent. Et insup
Benefactores ipsos et eoruz defunctos in metis missaruz capelle cottidie comen

(Reseruat quicquid in Constitutionibus et
alijs rebus Collegij fuerit addendu vel mu
tandum vel de nouo constituendu.

92 II Item volumus et ordinamus: Et siquid dubij aut interpretationis in his n^{ost}
Constitutionibus aut earz aliq vel in quibuscuzqz alijs Collegij attinentibus
emerferit: aut addendum minuendum: vel mutandu: aut remouendu fu
ad nrm beneplacitum volutatis q aduixerimus nobis tmmodo Reseruamus
nec p editionem harz nraz Constitutionu nobis pstatem aut facultate ad
aliquid mutandi amouendi remouendi: corrigendi: addendi: vel minuendi
tam in Constitutionibus: qz in Collegialibus. prout nobis (vt premittitur in
huius visum fuit:.

93 Et qm nre intentionis est mores studentiu in melius reformare: na conscia
exauare: scrupulosis animis laqueu remorsus adimetes. Volumus et decla
ramus has nras Const^s ad penam tm tporale: no ad peccatum obligare. Et
illas quaz transgressio sine peccato ee non posset. aut siquis (qd deus auer
earz contemptor extiterit.

(Sunt quindecim folia absqz seqnti in qua est subscriptio proprie manu
cum sigillo dicti dñi epi.
S. Quindas Not. ap. cu

Acta et acta In Ciuitate salmantina in palatio epali ¹⁶ die Septembris sub anno
nati^{te} dñi mill^{mo} quingen^{mo} vicesimo quarto. Pon^{tus} miⁿⁱ D. N. dñi Clemetis
diuina prouidentia ppe septimi anno pmo

D. Episcopi
Salmantini



A. de Quintelas Not. 26. 1588

fuit addita quedam alia constitutio de legato faciendis in fine dierum
prodit in alio originali radeur subscriptuz manu dñi
epi nri fundatoris posito in bladio tera & alia inca nobilitatem &
genus Collegialium In hunc modum

Volumus nos omnes collegiales huius collegij sanctissimi saluatoris
vno cordis assensu ac nemine discrepante ad maiorem pacis concor
dia & tranquillitatis obseruationem quod nullus per fuga aut stirpe
suspectus intra quencunq; gradum quacunq; linea siue patris siue
matris descendente siue iudeus siue sarracenus aut hismaeliticus vel
cuiuscunq; alterius secta que suspicionem inducat in collegiasem seu
familiarem vllaatenus in collegio admittatur. quod si quis ignorantia
versutia aut violentia attemptare presumpserit culpa periurij ipsum

Primò notamus. secundo eorum uterque ^{admittens} & admittens
& eligens seu electus ipso facto sint in foro contentie
portione & collegio privati nulla ad hoc spectata sen-
tentia aut alia exteriori examinatione requirenda & quod
singulariter dicit pluraliter intelligatur quam quidem
constitutionem ut efficacius perpetuo ^{seruetur} nos omnes &
singuli collegiales de mandato & expresso consensu
Domini epi fundatoris nostri tactis solemniter euangelijs
iurauimus ac proprijs nominibus prout in prothocolo colle-
gij habet firmauimus pridie kalendas septembris anno a
natiuitate domini millimo quingentesimo vigesimo quarto in
capella collegij prout moris est. ~

DE legato faciendo in vltima voluntate

Item cum domus hec pauperum sit iustum & equum est
ut collegiales in ea proficientes dum ad pinguiorem statum
deuenerint ei de bonis sibi a deo collatis subuenire & grati-
tudinem erga eam saltem in fine dierum ostendere debeant
in quo contentie sue pro negligentijs suorum officiorum
& bonis ab ipso collegio forte susceptis & non solutis etiam
satisfaciant quocirca statuimus & ordinamus ut omnes
collegiales presentes & futuri & eorum quilibet in suo teste
& vltima voluntate iuxta facultatem prout melius visum
fuerit ipsi collegio aliquod legatum faciant & quanto vbe-
riorem quantitatem legauerint tanto apud homines nobiliorem
memoriam & apud immortalem deum maiorem gloriam
consequantur. capellani praterea dicti collegij defunctorum
testantium in mementis miserarum semper memores sint
collegiales quoque & capellani omnes presentes & futuri
postquam recepti fuerint hanc constitutionem adhibito
iurciurando teneant.

finis

